

statur, quoniam nullo prorsus modo distrahitur. Lib. 39.
tit. 1. dig. 1. Novi operis nunciatio locum habet, ne
contra leges in sacro loco opus fiat. Tit. 3. dig. 17. Sa-
cro loco interveniente, servitus non consistit. Lib. 41.
tit. 2. dig. 21. Desinimus possidere locum, ubi ille sacer
factus est: tametsi non ut talem, sed ut privatum cum
habeamus. Tit. 3. dig. 9. Res sacras non acquirimus per
longi temporis possessionem. Lib. 43. tit. 1. dig. 1. & 2.
Non debet aliquid fieri in sacro loco: & quod factum
est, restituatur. Tit. 6. ejusdem Libri, dig. 1. Non li-
cet aliquid facere in loco sacro, aut in eum immittere,
quod deformitatem illi, & non ornamentum afferat. Hoc
autem ad privata sacra non pertinet. Plane cura sacro-
rum locorum mandata est his, qui illis praesunt. Tit. 8.
dig. 2. Non licet in loco sacro aedificare; sed & quod
aedificatum est, dirimetur. Lib. 44. tit. 6. dig. 3. Non li-
cet rem litigiosam Deo dedicare: & qui hoc fecerit,
praefat duplum adverfario, eo quod adverfario tradi-
tus sit illo potentiori. *Balsam. Schol.* Digestum 5. tit. 1.
lib. 24. dig. est lib. 30. tit. 1. cap. 5. thema 8. Basilic.
Si magni pretii monumentum purum uxori mea dona-
vero, valet donatio &c. Digestum 12. tit. 10. lib. 27.
est lib. 38. tit. 10. cap. 10. them. 2. cap. xi. & xii. quæ
sic habent: curator furiosi, recte rem suam, quasi fu-
riosi, alienat; non autem furiosi, quasi suam. Potest tan-
men in furiosi utilitatem oppignerare; dedicare autem
ipsius rem non potest. Digestum 39. lib. 30. est lib. 44.
tit. 1. cap. 39. them. ult. Si quis publica sacra, vel pri-
vata Principis legaverit, furere videtur &c. Digest. 1.
tit. 1. lib. 39. est lib. 58. tit. 10. cap. 1. them. 2. novi
operis mutatio in futuris operibus competit &c. Dige-
stum 17. tit. 3. est lib. 58. tit. 13. cap. 17. them. 4. cir-
ca finem: si inter nos locus sacer, aut sepulcri, aut
Sanctus, situs est, servitus consistere non potest. Dige-
stum 31. tit. 2. lib. 41. est tit. 2. cap. 30. them. 2. lib. 50.
Desino possidere quod alias mihi ademit, ut ubi monu-
mentum possum est, & quod sacrum factum est. Dige-
stum 9. tit. 3. est lib. 1. tit. 3. cap. 9. Per diuturnam
posse-